



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

tuis oleo leticie. **V.** Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Propterea vixit te. **Lectio v.**  
**N**ec dicentes non vituperamus coniugium casta comertia sed virginum perseverantiam adornamus. Non enim virginitas malis rebus superponenda est: sed est rebus optimis preferenda. Que enim mundis mudior: et sanctis sanctior: non indiget malarum rerum vituperatione laudari. Tu autem.  
**R.** Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Dilexisti iusticias et odisti iniquitatem: propterea vixit te deus tuus. Et.  
**S**equantur itaque. **Lectio vi.** sancta coniugia patriarcharum coniuges religione posite ac diuinis litteris informate: sararam rebecca rachelem annam susannam ac sephoram imitantur vxores. Christi vero virginis solam virginem matrem luminis subsequatur. Huius pedissequa beatissima. A magnus de se pudicitie excitauit exemplum: cum virginitate perculit vixit omnique a se amore terrenum per amorem celestem expellens tropheum crucis christi arripuit: et contra libidines: que etiam contra vniuersa supplicia fide potius armata: que ferro

fortiter dimicauit et vixit. Tu autem domine. **R.** Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. **V.** Difusa est gratia in labijs tuis. propterea benedixit te deus in eternum Procede. **In tertio nocturno. an.** Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. **Psalm.** Eructauit. **An.** Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. **ps.** Deus noster refugium. **An.** Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te sancta dei virgo. **ps.** Fundamenta. **V.** Adiuuabit eam deus.  
**I**n illo **Secundum mattheum.** tempore Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Et refert **Sermone beati gregorii pape.** Sepe vos fratres charissimi ammonedo praua opera fugere mundi huius inquinamenta deuitare: sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere vt et bona que agitis cum magna cautela timeatis ne per hoc quod a vobis recitum geritur: fauor aut gratia humana requiratur: ne appetit? laudis subripiat: et quod foris ostenditur intus a mercede